one who always and in all matters wants to be helped, shows that he needs the assistance of God not only in sorrowful or hard matters but also equally in prosperous and happy ones, that he may be delivered from the one and also made to continue in the other, as he knows that in both of them human weakness is unable to endure without His assistance.

10.6. I am affected by the passion of gluttony. I ask for food of which the desert knows nothing, and in the squalid desert there are wafted to me odours of royal dainties and I find that even against my will I am drawn to long for them. I must at once say: “O God, make speed to save me: O Lord, make haste to help me.” I am incited to anticipate the hour fixed for supper, or I am trying with great sorrow of heart to keep to the limits of the right and regular meagre fare. I must cry out with groans: “O God, make speed to save me: O Lord, make haste to help me.”

10.7. Weakness of the stomach hinders me when wanting severer fasts, on account of the assaults of the flesh, or dryness of the belly and constipation frightens me. In order that effect may be given to my wishes, or else that the fire of carnal lust may be quenched without the remedy of a stricter fast, I must pray: “O God, make speed to save me: O Lord, make haste to help me.” When I come to supper, at the bidding of the proper hour I loathe taking food and am prevented from eating anything to satisfy the requirements of nature: I must cry with a sigh: “O God, make speed to save me: O Lord, make haste to help me.”

10.8. When I want for the sake of steadfastness of heart to apply myself to reading a headache interferes and stops me, and at the third hour sleep glues my head to the sacred page, and I am forced either to overstep or to anticipate the time assigned to rest; and finally an overpowering desire to sleep forces me to cut short the canonical rule for service in the Psalms: in the same way I must cry out: “O God, make speed to save me: O Lord, make haste to help me.” Sleep is withdrawn from my eyes, and for many nights I find myself wearied out

inuenitur. Nam qui se semper atque in omnibus desiderat adiuuari, manifestat quod non tantum in rebus duris ac tristibus, sed etiam in secundis ac laetis pari modo deo egeat adiutore, ut quemadmodum ex illis erui, ita in istis eum faciat inmorari, in neutro sciens humanam fragilitatem sine illius opitulatione subsistere.

6. *Gastrimargiae passione perstringor, cibos quos heremus ignorat inquiror et in squalida solitudine ingeruntur mihi odores regalium ferculorum atque ad illorum desideria sentio me inuitissimum trahi : dicendum proinde mihi est : Deus in adiutorium meum intende : domine ad adiuuandum mihi festina. Anticipare horam statutae refectionis instigor seu modum iustae ac solitae parcitatis retinere cum magno cordis mei dolore contendeo : cum gemitu mihi est proclamandum : Deus in adiutorium meum intende : domine ad adiuuandum mihi festina.*

7. *leiuniis me ob inquagationem carnis districtioribus indigentem stomachi prohibet lassitudo seu uentris ariditas constrictioque deterret : ut effectus meo desiderio tribuatur uel certe ut aestus carnalis concupiscentiae absque temperamento districtoris ieunii conquiescant, orandum mihi est : Deus in adiutorium meum intende : domine ad adiuuandum mihi festina. Accedens ad refectionem hora legitima suggeste perceptionem panis exhorreo atque ab omni esu naturalis necessitatis excludor : cum heiulatu proclamandum est mihi : Deus in adiutorium meum intende : domine ad adiuuandum mihi festina.*

8. *Volentem me ob stabilitatem cordis insistere lectioni interpellans capitis prohibet dolor horaque tertia faciem meam ad sacram paginam somnus adlidit ac deputatum quietis tempus uel transgredi uel praeuenire conpellor, ipsum denique canonicum synaxeos psalmorumque modum intercidere me grauissima somni cogit inpressio : similiter proclamandum est mihi : Deus in adiutorium meum intende : domine ad adiuuandum mihi festina. Sublato ab oculis meis sopore multis me noctibus*

with sleeplessness caused by the devil, and all repose and rest by night is kept away from my eyelids; I must sigh and pray: “O God, make speed to save me: O Lord, make haste to help me.”

10.9. While I am still in the midst of a struggle with sin suddenly an irritation of the flesh affects me and tries by a pleasant sensation to draw me to consent while in my sleep. In order that a raging fire from without may not burn up the fragrant blossoms of chastity, I must cry out: “O God, make speed to save me: O Lord, make haste to help me.” I feel that the incentive to lust is removed, and that the heat of passion has died away in my members: In order that this good condition acquired, or rather that this grace of God may continue still longer or forever with me, I must earnestly say: “O God, make speed to save me: O Lord, make haste to help me.”

10.10. I am disturbed by the pangs of anger, covetousness, gloominess, and driven to disturb the peaceful state in which I was, and which was dear to me: In order that I may not be carried away by raging passion into the bitterness of gall, I must cry out with deep groans: “O God, make speed to save me: O Lord, make haste to help me.” I am tried by being puffed up by accidie, vainglory, and pride, and my mind with subtle thoughts flatters itself somewhat on account of the coldness and carelessness of others: In order that this dangerous suggestion of the enemy may not get the mastery over me, I must pray with all contrition of heart: “O God, make speed to save me: O Lord, make haste to help me.”

10.11. I have gained the grace of humility and simplicity, and by continually mortifying my spirit have got rid of the swellings of pride: In order that the “foot of pride” may not again “come against me,” and “the hand of the sinner disturb me,”¹⁵ and that I may not be more seriously damaged by elation at my success, I must cry With all my might, “O God, make speed to save me: O Lord, make haste to help me.” I am on fire with innumerable and various wanderings of soul and

diabolis insomniis uideo
fatigatum omnemque a palpebris
meis refectionem nocturnae
quietis exclusam : cum suspiriis
orandum est mihi : Deus in
adiutorium meum intende :
domine ad adiuuandum mihi
festina.

9. Adhuc me in conluctatione
positum uitiorum titillatio carnis
repente conpungit et ad
consensum pertrahere
dormientem blanda oblectatione
conatur : ne ignis alienus
exaestuans urat suave olentes
flosculos castitatis, clamandum
mihi est : Deus in adiutorium
meum intende : domine ad
adiuuandum mihi festina.
Extincta sentio libidinis
incentiuia et genitalem membris
meis intepuisse feruorem : ut
parta haec uirtus, immo gratia
dei in me diutius uel perpetuo
perseueret, intente dicendum est
mihi : Deus in adiutorium meum
intende : domine ad adiuuandum
mihi festina.

10. Irae, filargyriae, tristitiae
stimulis inquietor cogorque
propositam atque amicam mihi
interrumpere lenitatem : ne in
amaritudinem fellis
perturbatione furoris abducatur,
cum summo mihi gemitu
proclamandum est : Deus in
adiutorium meum intende :
domine ad adiuuandum mihi
festina. Acediae, cenodoxiae,
superbiae elatione pertemptor ac
de aliorum neglegentia uel
tepore quiddam sibi mens subtili
cogitatione blanditur : ne in me
praeualeat haec inimici
perniciosa suggestio, cum omni
contritione cordis orandum est
mihi : Deus in adiutorium meum
intende : domine ad adiuuandum
mihi festina.

11. Humilitatis et simplicitatis
gratiam superbiae tumore
deposito iugi conpunctione
spiritus adquisiui : ne rursum
ueniat mihi pes superbiae et
manus peccatoris moueat me
grauiusque de uictoriae meae
elatione confodiar, totis mihi
proclamandum est uiribus :
Deus in adiutorium meum
intende : domine ad adiuuandum
mihi festina. Euagationibus
animae innumeris ac diuersis et
instabilitate cordis exaestuo nec
cogitationum disparsiones ualeo

shiftiness of heart, and cannot collect my scattered thoughts, nor can I even pour forth my prayer without interruption and images of vain figures, and the recollection of conversations and actions, and I feel myself tied down by such dryness and barrenness that I feel I cannot give birth to any offspring in the shape of spiritual ideas: In order that it may be vouchsafed to me to be set free from this wretched state of mind, from which I cannot extricate myself by any number of sighs and groans, I must full surely tryout: “O God, make speed to save me: O Lord, make haste to help me.”

10.12. Again, I feel that by the visitation of the Holy Spirit I have gained purpose of soul, steadfastness of thought, keenness of heart, together with an ineffable joy and transport of mind, and in the exuberance of spiritual feelings I have perceived by a sudden illumination from the Lord an abounding revelation of most holy ideas which were formerly altogether hidden from me: In order that it may be vouch-safed to me to linger for a longer time in them I must often and anxiously exclaim: “O God, make speed to save me: O Lord, make haste to help me.”

10.13. Encompassed by nightly horrors of devils I am agitated, and am disturbed by the appearances of unclean spirits, my very hope of life and salvation is withdrawn by the horror of fear. Flying to the safe refuge of this verse, I will cry out with all my might: “O God, make speed to save me: O Lord, make haste to help me.” Again, when I have been restored by the Lord’s consolation, and, cheered by His coming, feel myself encompassed as if by countless thousands of angels, so that all of a sudden I can venture to seek the conflict and provoke a battle with those whom a while ago I dreaded worse than death, and whose touch or even approach I felt with a shudder both of mind and body: In order that the vigour of this courage may, by God’s grace, continue in me still longer, I must cry out with all my powers “O God, make speed to save me: O Lord, make haste to help me.”

10.14. We must then ceaselessly and continuously pour

cohercere, ipsamque orationem meam fundere absque interpellatione atque phantasmate inanum figurarum sermonumque et actuum retractatione non possum, tantaque me sentio sterilitatis huius ariditate constrictum, ut nullas omnino spiritalium sensuum generationes parturire me sentiam: ut de hoc animi squalore merear liberari, unde me gemitibus multis atque suspiriis expedire non possum, necessarie proclamabo: Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum mihi festina.

12. Directionem rursus animae, stabilitatem cogitationum, alacritatem cordis cum ineffabili gaudio et mentis excessu uisitatione sancti spiritus me sentio consecutum, exuberantia quoque spiritalium sensuum redundare reuelationem sacratissimorum intellectuum et antea mihi penitus occultorum repentina domini inlustratione percepi: ut in his merear diutius immorari, sollicite mihi est frequenterque clamandum: Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum mihi festina.

13. Nocturnis daemonum terroribus circumuallatus exagitior et inmundorum spirituum phantasmibus inquietor, spes ipsa mihi salutis ac uitiae trepidationis horrore subtrahitur: ad salutarem uersiculi huius portum configiens totis uiribus exclamabo: Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum mihi festina. Rursus cum fuero consolatione domini reparatus et ipsius animatus aduentu uelut innumeris angelorum milibus me sensero circumsaepsum, ita ut eorum, quos morte grauius antea tremescbam et quorum tactum, immo uiciniam horrore mentis et corporis sentiebam, repente congressus expetere audeam ac prouocare conflictus: ut in me constantiae huius uigor per dei gratiam diutius inmoretur, totis mihi est uiribus proclamandum: Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum mihi festina.

14. Huius igitur uersiculi oratio in aduersis ut eruamur, in

forth the prayer of this verse, in adversity that we may be delivered, in prosperity that we may be preserved and not puffed up. Let the thought of this verse, i tell you, be conned over in your breast without ceasing. Whatever work you are doing, or office you are holding, or journey you are going, do not cease to chant this. When you are going to bed, or eating, and in the last necessities of nature, think on this. This thought in your heart maybe to you a saving formula, and not only keep you unharmed by all attacks of devils, but also purify you from all faults and earthly stains, and lead you to that invisible and celestial contemplation, and carry you on to that ineffable glow of prayer, of which so few have any experience.

10.15. Let sleep come upon you still considering this verse, till having been moulded by the constant use of it, you grow accustomed to repeat it even in your sleep. When you wake let it be the first thing to come into your mind, let it anticipate all your waking thoughts, let it when you rise from your bed send you down on your knees, and thence send you forth to all your work and business, and let it follow you about all day long. This you should think about, according to the Lawgiver's charge, "at home and walking forth on a journey,"¹⁶ sleeping and waking. This you should write on the threshold and door of your mouth, this you should place on the walls of your house and in the recesses of your heart so that when you fall on your knees in prayer this may be your chant as you kneel, and when you rise up from it to go forth to all the necessary business of life it may be your constant prayer as you stand.

[6] *Using the Formula: Contemplative Exegesis; Psalmody; Fiery Prayer*

§ 11

CHAPTER 11

[The Formula, Contemplative Exegesis and Psalmody]

11.1. THIS, this is the formula which the mind should unceasingly cling to until, strengthened by the constant use of it and by continual meditation, it casts off and

prosperis ut seruemur nec extollamur incessabili iugitate fundenda est. Huius, inquam, uersiculi meditatio in tuo pectore indisputa uoluatur. Hunc in opere quolibet seu ministerio uel itinere constitutus decantare non desinas. Hunc et dormiens et reficiens et in ultimis naturae necessitatibus meditare. Haec uolutatio cordis uelut formula tibi salutaris effecta non solum inlaesum ab omni daemonum incursione custodiet, sed etiam cunctis te uitiis terrenae contagionis expurgans ad illas inuisibiles theorias caelestesque perducet atque ad illum ineffabilem ac perpaucis expertum prouhet orationis ardorem.

15. Hunc uersiculum meditanti tibi somnus inrepat, donec incessabili eius exercitatione formatus etiam per soporem eum decantare consuescas. Hic tibi expergefacto primus occurat, iste euigilantis cogitationes anticipet uniuersas, iste te de tuo surgentem cubili curuationi genuum tradat atque illinc deinceps ad omne opus actusque dederat, hic te omni tempore prosequatur. Hunc meditaberis secundum pracepta legislatoris sedens in domo et ambulans in ininere, dormiens atque consurgens. Hunc scribes in limine et ianuis oris tui, hunc in parietibus domus tuae ac penetralibus tui pectoris conlocabis, ita ut haec ad orationem procumbenti sit tibi ad clinis decantatio et exinde consurgentι atque ad omnes usus uitae necessarios incidenti fiat erecta et iugis oratio.

XI. Istam, istam mens indesinenter formulam teneat, donec usu eius incessabili et iugi meditatione firmata cunctarum cogitationum diuitias amplasque substantias abiciat ac refutet, atque ita uersiculi

rejects the rich and full material of all manner of thoughts and restricts itself to the poverty of this one verse, and so arrives with ready ease at that beatitude of the gospel, which holds the first place among the other beatitudes: for He says “Blessed are the poor in spirit, for theirs is the kingdom of heaven.”¹⁷ And so one who becomes grandly poor by a poverty of this sort will fulfil this saying of the prophet: “The poor and needy shall praise the name of the Lord.”¹⁸

11.2. And indeed what greater or holier poverty can there be than that of one who knowing that he has no defence and no strength of his own, asks for daily help from another’s bounty, and as he is aware that every single moment his life and substance depend on Divine assistance, professes himself not without reason the Lord’s bedesman, and cries to Him daily in prayer: “But I am poor and needy: the Lord helpeth me.”¹⁹ And so by the illumination of God Himself he mounts to that manifold knowledge of Him and begins henceforward to be nourished on sublimer and still more sacred mysteries, in accordance with these words of the prophet: “The high hills are a refuge for the stags, the rocks for the hedgehogs,”²⁰

11.3. which is very fairly applied in the sense we have given, because whosoever continues in simplicity and innocence is not injurious or offensive to any one, but being content with his own simple condition endeavours simply to defend himself from being spoiled by his foes, and becomes a sort of spiritual hedgehog and is protected by the continual shield of that rock of the gospel, i.e., being sheltered by the recollection of the Lord’s passion and by ceaseless meditation on the verse given above he escapes the snares of his opposing enemies. And of these spiritual hedgehogs we read in Proverbs as follows: “And the hedgehogs are a feeble folk, who have made their homes in the rocks.”²¹

11.4. And indeed what is feebler than a Christian, what is weaker than a monk, who is not only not permitted any vengeance for wrongs done to him but is actually

huius paupertate constricta ad illam euangelicam beatitudinem, quae inter ceteras beatitudines primatum tenet, prona facilitate perueniat. Beati enim inquit pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Et ita quis per istiusmodi paupertatem egregius pauper exsistens illud propheticum inplibit eloquium: pauper et inops laudabit nomen domini.

2. Et re uera quae maior aut sanctior potest esse paupertas quam illius, qui nihil se praesidii, nihil uirium habere cognoscens de aliena largitate cotidianum poscit auxilium, et uitam suam atque substantiam singulis quibusque momentis diuina ope intellegens sustentari uerum se mendicum domini non inmerito profitetur, suppliciter ad eum cotidie clamans: ego autem mendicus et pauper sum: deus adiuuat me. Ac sic ad illam quoque multiformem scientiam dei ipso inluminante concendens incipiat deinceps sublimioribus ac sacratioribus mysteriis saginari secundum illud quod dicitur per prophetam: montes excelsi ceruis: petra refugium erinaceis.

3. Quod satis proprie huic quem diximus sensui coaptatur, eo quod quisquis in simplicitate atque innocentia perseverans nulli est noxius uel molestus, sed sua tantum simplicitate contentus solummodo se ab insidiantium praeda desiderat contutari, uelut erinaceus spiritalis effectus iugis euangelicae illius petrae uelamine protegatur, id est memoria dominicae passionis praedictique uersiculi incessabili meditatione munitus infestantis inimici declinet insidias. De his spiritalibus erinaceis et in Proverbiis ita dicitur: et erinacei gens inualida, qui fecerunt in petris domos suas.

4. Et re uera quid inualidius Christiano, quid infirmius monacho, cui non solum nulla iniuriarum uindicta subpeditat, sed ne leuis quidem tacitaque

not allowed to suffer even a slight and silent feeling of irritation to spring up within? But whoever advances from this condition and not only secures the simplicity of innocence, but is also shielded by the virtue of discretion, becomes an exterminator of deadly serpents, and has Satan crushed beneath his feet, and by his quickness of mind answers to the figure of the reasonable stag, **this man will feed on the mountains of the prophets and Apostles, i.e., on their highest and loftiest mysteries.** And thriving on this pasture continually, he will take in to himself all the thoughts of the Psalms and will begin to sing them in such a way that he will utter them with the deepest emotion of heart not as if they were the compositions of the Psalmist, but rather **as if they were his own utterances and his very own prayer;** and will certainly take them as aimed at himself, and will recognize that their words were not only fulfilled formerly by or in the person of the prophet, but that they are fulfilled and carried out daily in his own case

11.5. For then the Holy Scriptures lie open to us with greater clearness and as it were their very veins and marrow are exposed, when our experience not only perceives but actually anticipates their meaning, and the sense of the words is revealed to us not by an exposition of them but by practical proof. For if we have experience of the very state of mind in which each Psalm was sung and written, we become like their authors and anticipate the meaning rather than follow it, i.e., gathering the force of the words before we really know them, we remember what has happened to us, and what is happening in daily assaults when the thoughts of them come over us, and while we sing them we call to mind all that our carelessness has brought upon us, or our earnestness has secured, or Divine Providence has granted or the promptings of the foe have deprived us of, or slippery and subtle forgetfulness has carried off, or human weakness has brought about, or thoughtless ignorance has cheated us of.

11.6. For all these feelings we find expressed in the

commotio saltim intrinsecus pullulare conceditur? quisquis autem ex hoc proficiens statu non solum innocentiae simplicitatem possidet, sed etiam discretionis uirtute munitus uirulentorum serpentium exterminator effectus est habens contritum Satanan sub pedibus suis, et ad figuram rationabilis cerui mentis alacritate peruenit, pascetur in propheticis atque apostolicis montibus, id est excelsissimis eorum ac sublimissimis sacramentis. Quorum iugum pascuo uegetatus omnes quoque psalmorum adfectus in se recipiens ita incipiet decantare, ut eos non tamquam a propheta compositos, sed uelut a se editos quasi orationem propriam profunda cordis conpunctione depromat uel certe ad suam personam aestimet eos fuisse directos, eorumque sententias non tunc tantummodo per prophetam aut in propheta fuisse completas, sed in se cotidie geri inplerique cognoscat.

5. Tunc enim scripturae diuinae nobis clarus perpatescunt et quodammodo earum uenae medullaeque panduntur, quando experientia nostra earum non tantum percipit, sed etiam praeuenit notionem, sensusque uerborum non per expositionem nobis, sed per documenta reserantur. Eudem namque recipientes cordis affectum, quo quisque decantatus uel conscriptus est psalmus, uelut auctores eius facti praecedemus magis intellectum ipsius quam sequemur, id est ut prius dictorum uirtutem quam notitiam colligentes, quid in nobis gestum sit uel cotidianis geratur incursibus superueniente eorum meditatione quodammodo recordemur, et quid nobis uel neglegentia nostra pepererit uel diligentia conquerirerit uel prouidentia diuina contulerit uel instigatio fraudauerit inimici uel subtraxerit lubrica ac subtilis obliuio uel intulerit humana fragilitas seu inprovida fefellerit ignoratio, decantantes reminiscamur.

6. Omnes namque hos adfectus in Psalmis inuenimus expressos,

Psalms so that by seeing whatever happens as in a very clear mirror we understand it better, and so instructed by our feelings as our teachers we lay hold of it as something not merely heard but actually seen, and, as if it were not committed to memory, but implanted in the very nature of things, we are affected from the very bottom of the heart, so that we get at its meaning not by reading the text but by experience anticipating it. **And so our mind will reach that incorruptible prayer** to which in our former treatise, as the Lord vouchsafed to grant, the scheme of our Conference mounted, and this is not merely not engaged in gazing on any image, but is actually distinguished by the use of no words or utterances;

but with the [focus] of the **mind all on fire**, is **produced through ecstasy of heart by some unaccountable keenness of spirit, and the mind being thus affected without the aid of the senses or any visible material pours it forth to God with groanings and sighs that cannot be uttered.**

ut ea quae incurrerint uelut in speculo purissimo peruidentes efficacius agnoscamus et ita magistris adfectibus eruditii non ut audita, sed tamquam perspecta palpemus, nec tamquam memoriae commendata, sed uelut ipsi rerum naturae insita de interno cordis parturiamus adfectu, ut eorum sensus non textu lectionis, sed experientia praecedente penetremus. Atque ita ad illam orationis incorruptionem mens nostra perueniet, ad quam in superiore tractatu, quantum dominus donare dignatus est, ordo conlationis ascendit : quae non solum nullius imaginis occupatur intuitu, sed etiam nulla uocis, nulla uerborum prosecutione distinguitur,

ignita uero mentis intentione per ineffabilem cordis excessum inexplibili spiritus alacritate profertur, quamque mens extra omnes sensus ac uisibiles effecta materies gemitibus inenarrabilibus atque suspiriis profundit ad deum.

[7] *Spiritual Focus*

§ 12-13

CHAPTER 12: *[how spiritual thoughts can be retained without losing them]*

12.1. GERMANUS: We think that you have described to us not only the system of this spiritual discipline for which we asked, but perfection itself; and this with great clearness and openness. For what can be more perfect and sublime than for the recollection of God to be embraced in so brief a meditation, and for it, dwelling on a single verse, to escape from all the limitations of things visible, and to comprise in one short word the thoughts of all our prayers. And therefore we beg you to explain to us one thing which still remains; viz., how we can keep firm hold of this verse which you have given us as a formula, in such a way that, as we have been by God's grace set free from the trifles of worldly thoughts, so we may also keep a steady grasp on all spiritual ones.

XII. GERMANVS : Non solum nobis traditionem spiritalis huius quam poposcimus disciplinae, sed ipsam plane perfectionem satis aperte atque dilucide putamus expressam. Quid enim potest esse perfectius quidue sublimius quam dei memoriam tam conpendiosa meditatione complecti atque unius uersiculi uolutatione a cunctis uisibilium terminis emigrare et quodammodo affectus orationum cunctarum breui sermone concludere? et idcirco unum quod superest adhuc nobis precamur exponi, quemadmodum hunc eundem uersiculum quem nobis uice formulae tradidisti stabiliter retinere possimus, ut sicut per dei gratiam sumus a saecularium cogitationum ineptiis liberati, ita spiritales quasque inmobiliter retentemus.

CHAPTER 13

On the lightness of thoughts

13.1. FOR when the mind has taken in the meaning of a passage in any Psalm, this insensibly slips away from it, and ignorantly and thoughtlessly it passes on to a text of some other Scripture. And when it has begun to consider this with itself, while it is still not thoroughly explored, the recollection of some other passage springs up, and shuts out the consideration of the former subject. From this too it is transferred to some other, by the entrance of some fresh consideration, and the soul always turns about from Psalm to Psalm and jumps from a passage in the Gospels to read one in the Epistles, and from this passes on to the prophetic writings, and thence is carried to some spiritual history, and so it wanders about vaguely and uncertainly through the whole body of the Scriptures, unable, as it may choose, either to reject or keep hold of anything, or to finish anything by fully considering and examining it, and so becomes only a toucher or taster of spiritual meanings, not an author and possessor of them.

13.2. And so the mind, as it is always light and wandering, is distracted even in time of service by all sorts of things, as if it were intoxicated, and does not perform any office properly. For instance, while it is praying, it is recalling some Psalm or passage of Scripture. While it is chanting, it is thinking about something else besides what the text of the Psalm itself contains. When it repeats a passage of Scripture, it is thinking about something that has to be done, or remembering something that has been done. And in this way it takes in and rejects nothing in a disciplined and proper way, and seems to be driven about by random incursions, without the power either of retaining what it likes or lingering over it.

13.3. It is then well for us before everything else to know how we can properly perform these spiritual offices, and keep firm hold of this particular verse which you have given us as a formula, so that the rise

XIII. Cum enim capitulum cuiuslibet psalmi mens nostra conceperit, insensibiliter eo subtracto ad alterius scripturae textum nesciens stupensque deuoluitur. Cumque illud in semet ipsa cooperit uoluntate, necdum illo ad integrum uentilato oborta alterius testimonii memoria meditationem materiae prioris excludit. De hac quoque ad alteram subintrante alia meditatione transfertur, et ita animus semper de psalmo rotatus ad psalmum, de euangelii textu ad apostoli transiliens lectionem, de hac quoque ad prophetica deuolutus eloquia et exinde ad quasdam spiritales delatus historias per omne scripturarum corpus instabilis uagusque iactatur, nihil pro arbitrio suo praeuulens uel abicere uel tenere nec pleno quicquam iudicio et examinatione finire, palpator tantummodo spiritalium sensum ac degustator, non generator nec possessor effectus.

2. Atque ita mens mobilis semper ac uaga in tempore quoque synaxeos uelut ebria per diuersa distrahitur, nullum officium competenter exsoluens. Verbi gratia cum orat, psalmum aut aliquam recolit lectionem. Cum decantat, aliud quid meditatur quam textus ipsius continet psalmi. Cum lectionem recitat, faciendum aliiquid uoluit factumue reminiscitur. Atque in hunc modum nihil disciplinante nec oportune recipiens uel dimittens uelut fortuitis agi uidetur incursibus, retinendi ea quibus delectatur uel immorandi eis non habens potestatem.

3. Necessarium ergo nobis est prae omnibus nosse quemadmodum haec spiritalia competenter explere possimus officia uel certe hunc eundem uersiculum, quem nobis uice formulae tradidisti, immobiliter custodire, ut omnium sensum

and fall of our feelings may not be in a state of fluctuation from their own lightness, but may lie under our own control.

ortus ac fines non in sua uolubilitate fluctuant, sed in nostra dicieone consistant.

[8] *Stability of Mind; Perseverance*

§ 14

CHAPTER 14.

How to gain stability of heart or of thoughts.

14.1. ISAAC: Although, in our former discussion on the character of prayer, enough was, as I think, said on this subject, yet as you want it repeated to you again, I will give you a brief instruction on steadfastness of heart. There are three things which make a shifting heart steadfast, watchings, meditation, and prayer, diligence in which and constant attention will produce steadfast firmness of mind.

14.2. But this cannot be secured in any other way unless all cares and anxieties of this present life have been first got rid of by indefatigable persistence in work dedicated not to covetousness but to the sacred uses of the monastery, that we may thus be able to fulfil the Apostle's command: "Pray without ceasing." For he prays too little, who is accustomed only to pray at the times when he bends his knees. But he never prays, who even while on his bended knees is distracted by all kinds of wanderings of heart. And therefore what we would be found when at our prayers, that we ought to be before the time of prayer. For at the time of its prayers the mind cannot help being affected by its previous condition, and while it is praying, will be either transported to things heavenly, or dragged down to earthly things by those thoughts in which it had been lingering before prayer.

14.3. Thus far did Abbot Isaac carry on his Second Conference on the character of Prayer to us astonished hearers; whose instruction on the consideration of that verse quoted above (which he gave as a sort of outline for beginners to hold) we greatly admired, and wished to follow very closely, as we fancied that it would be a short and easy method; but we have found it even

XIII. ISAAC : Licet pridem super hac re disputantibus nobis de orationis statu, quantum reor, sit sufficienter expressum, tamen quia uobis haec eadem poscitis iterari, de confirmatione cordis breuiter intimabo. Tria sunt quae uagam mentem stabilem faciunt, uigiliae, meditatio et oratio, quarum adsiduitas et iugis intentio conferunt animae stabilem firmitatem.

2. Quae tamen alias nullo modo poterit adprehendi, nisi per operis non filargyriae, sed sacris coenobii usibus dedicati infatigabilem iugitatem omnes omnino sollicitudines et curae uitae praesentis prius fuerint abdicatae, ut ita illud apostolicum mandatum : sine intermissione orate possimus inplere . Perparum namque orat, quisquis illo tantum tempore quo genua flectuntur orare consuevit. Numquam uero orat, quisquis etiam flexis genibus euagatione cordis qualicumque distrahitur. Et idcirco quales orantes uolumus inueniri, tales nos esse oportet ante tempus orandi. Necesse est enim mentem in tempore supplicationis suae de statu praecedente formari illisque eam cogitationibus orantem uel ad caelestia sublimari uel ad terrena demergi, quibus ante orationem fuerit inmorata.

3. Huc usque abbas Isaac adtonitis nobis secundam conlationem de orationis qualitate digessit. Cuius doctrinam super illius praedicti uersiculi meditatione, quam uelut informationis loco ab incipientibus tradiderat retinendam, admirantes admodum et excolere tenacissime cupientes, utpote quam conpendiosam ac facilem credebamus, difficiliorem satis

harder to observe than that system of ours by which we used formerly to wander here and there in varied meditations through the whole body of the Scriptures without being tied by any chains of perseverance. It is then certain that no one is kept away from perfection of heart by not being able to read, nor is rustic simplicity any hindrance to the possession of purity of heart and mind, which lies close at hand for all, if only they will by constant meditation on this verse keep the thoughts of the mind safe and sound towards God.

ad obseruandum experti sumus
quam illud studium nostrum,
quo solebamus antea per omne
scripturarum corpus absque
ulius perseuerantiae uinculo
uaria passim meditatione
discurrere. Constat igitur
neminem prorsus ob inperitiam
litterarum a perfectione cordis
excludi nec rusticitatem obesse
ad capessendam cordis atque
animaee puritatem, quae
conpendiosissime adiacet
cunctis, si modo sanam et
integram mentis intentionem iugis
ad deum uersiculi huius
meditatione seruauerint.

¹The observance of Epiphany can be traced back in the Christian Church to the second century, and, as Cassian tells us here, in the East (in which its observance apparently originated) it was in the first instance a double festival commemorating both the Nativity and the Baptism of our Lord. From the East its observance passed over to the West, where however the Nativity was already observed as a separate festival, and hence the *special* reference of Epiphany was somewhat altered, and the manifestation to the Magi was coupled with that at the Baptism: hence the plural *Epiphaniorum dies*. Meanwhile, as the West adopted the observance of this festival from the East, so the East followed the West in observing a separate feast of the Nativity. Cassian's words show us that when he wrote the two festivals were both observed separately in the West, though apparently *not* yet (to the best of his belief) in the East, but the language of a homily by S. Chrysostom (Vol. ii. p. 354 Ed. Montfaucon) delivered in A.D. 386 shows that the separation of the two festivals had already begun at Antioch, and all the evidence goes to show that "the Western plan was being gradually adopted in the period which we may roughly define as the last quarter of the 4th and the first quarter of the 5th century." Dictionary of Christian Antiquities, Vol. i. p. 361. See further *Origines du Culte Chrétien*, par L'Abbé Duchesne, p 247 *sq.*

²The "Festal letters" (eJrtastikai; ejpistolaiv, Euseb. VII. xx. xxi.) were delivered by the Bishop of Alexandria as Homilies, and then put into the form of an Epistle and sent round to all the churches of Egypt; and, according to some late writers, to the Bishops of all the principal sees, in accordance with a decision of the Council of Nicaea, in order to inform them of the right day on which Easter should be celebrated. Cassian here speaks of them as sent immediately after Epiphany, and this was certainly the time at which the announcement of the date of Easter was made in the West shortly after his day (so the Council of Orleans, Canon i., A.D. 541); that of Braga A.D. 572, Canon ix., and that of Auxerre A.D. 572, Canon ii.) but there is ample evidence in the Festal letters both of S. Athanasius and of S. Cyril that at Alexandria the homilies were preached on the previous Easter, and it is difficult to resist the inference that Cassian's memory is here at fault as to the exact time at which the incident related really occurred, and that he is transferring to Egypt the custom with which he was familiar in the West, assigning to the festival of Epiphany what really must have taken place at Easter.

³Theophilus succeeded Timothy as Bishop of Alexandria in the summer of 385. The festal letters of which Cassian here speaks were issued by him in the year 399.

⁴The Anthropomorphic heresy, into which the monks of Egypt had fallen, "supposed that God possesses eyes, a face, and hands and other members of a bodily organization." It arose from taking too literally those passages of the Old Testament in which God is spoken of in human terms, out of condescension to man's limited powers of grasping the Divine nature and appears historically to have been a recoil from the allegorism of Origen and others of the Alexandrian school. The Festal letter of Theophilus in which he condemned these views, and maintained the incorporeal nature of God is no longer extant, but is alluded to also by Sozomen, H. E. VIII. xi., where an account is given of the Origenistic controversy of which it was the occasion, and out of which Theophilus came so badly. On the heresy see also Epiphanius, Haer. lxx.: Augustine. Haer. I. and lxxvi.; and Theodoret, H. E. IV. x[2]

⁵Gen. i. 26.

⁶Rom. i. 23.

⁷Jer. ii. 11.

⁸Gen. i. 26.

⁹2 Cor. v. 16.

¹⁰1 Cor. xv. 28.

[11](#) S. John xvii. 21, 26.

[12](#) 1 John iv. 16.

[13](#) S. John xvii. 22–24.

[14](#) Ps. Ixix. (lxx.) 2. It is not improbable that this chapter suggested to S. Benedict the use of these words as the opening versicle of the hour services, a position which it has ever since occupied in the West. See the rule of S. Benedict, cc. ix., xvii., and xviii.

[15](#) Ps. xxxv. (xxxvi.) 12.

[16](#) Deut. vi. 7.

[17](#) S. Matt. v. 3.

[18](#) Ps. Ixxiii. (lxxiv.) 21.

[19](#) Ps. xxxix. (xl) 17 (LXX.).

[20](#) Ps. ciii. (civ.) 18.

[21](#) Prov. xxx. 26 (LXX.).

This Webpage was created for a workshop held at Saint Andrew's Abbey, Valyermo, California in 1990